Einbl. VI, 32 n

# Forma confessionalis.

Pateat vniuersis p̄ntes lr̄as inspecturis Qualiter deuota in xp̄o
diocesis ad opus sancte cruciate ꝑ Sanctissimū in xp̄o p̄rem ⁊ dn̄m dn̄m nr̄m Sixtum diuina ꝓuidentia papam quartum ordinatum debitam fecerit contributionem. Qua propter auctoritate prefati dn̄i nr̄i pape ꝑtātem habet eligendi ꝯfessorem presbiterū sibi ydoneum religiosum vel secularem. qui audita diligenter ei9 ꝯfessione absoluere eā possit auctoritate predicta ab oīb9 ꝯmissis ꝑ eā expressibus ⁊ peccatis quibuslibꝫ quātumcūqꝫ enormib9 Etiam si talia forent propter q̄ sedes apostolica esset merito ꝯsulenda. Et a censuris ⁊ penis ac excōicationib9 oīb9 A iure vel ꝑ statuta quecūqꝫ ꝓmulgatis ⁊ sedi apostolice reseruatis semel dumtaxat. A non reseruatis vero eidem sedi totiens quotiens id petierit. Ac semel in vita oēs ⁊ singulas indulgentias plenarias ⁊ peccatoꝝ remissiōes a summis pontificib9 ꝓfuturis cōcessis ad recuperationē terre sancte ⁊ thurcorum expugnationem ꝯcessas ⁊ in anno iubilei ꝯcedi solitas Et etiā in mortis articulo plenariam oīm peccatoꝝ suoꝝ remissionem ⁊ absolutionē ei impendere Non obstantib9 quibuscūqꝫ reseruationib9 a prefato pontifice vel eius predecessorib9 factis ꝓut in bulla data Anno dn̄i MCCCCLXXX pridie nonas decembris Et in alia data Anno dn̄i MCCCCLXXXI. decimo octauo kalendas ianuarij plenius ꝯtinetur. In cuius rei fidem ⁊ testimoniū ego frater Emericus de kemel ordinis minorum super hoc negocio auctoritate apostolica cōmissarius deputat9 presentes litteras sigillo cruciate tradidi munitas. Anno dn̄i MCCCCLXXXij.

# Forma absolucionis.

Misereatur tui oīpotens de9 ⁊ cetera. Dn̄s nr̄ ihesus xp̄s ꝑ suam pijssimā misericordiā te absoluat Et auctoritate ei9 ⁊ btōꝝ Petri et pauli apostoloꝝ ei9 ac Sanctissimi dn̄i nr̄i pape mihi ꝯmissa ⁊ tibi ꝯcessa Ego te absoluo a vinculo excōicatiōis si incidisti ⁊ restituo te sacramentis ecclesie ac vnioni ⁊ participationi fideliū Et eadem auctoritate te absoluo ab oīb9 ⁊ singulis crimīb9 delictis et peccatis tuis quantūcūqꝫ grauib9 ⁊ enormib9 Etiā si talia forent ꝓpter que sedes apostolica ꝯsulēda esset ac de ipsis eadem auctoritate tibi plenariam indulgentiam ⁊ remissionem ꝯfero. In noīe patris ⁊ filij ⁊ spūssancti Amen.

Nota q̄ in mortis articulo adiungenda est hec clausula. Si ab ista egritudine non decesseris plenariam remissionem ⁊ indulgentiam tibi eadem auctoritate in mortis articulo ꝯferendam reseruo.

Ernst, Hannover 14

543

Einbl 543